

1157 dux Boemie, eorum consanguineus<sup>1</sup>, conveniat, exquirunt. Dux autem voluntati eorum satisfaciens pro securitate ex utraque parte datis obsidibus eos convenit et tamquam fratribus fidele. dat consilium, ne imperatorem usque in campestria venire paciantur, sed eius voluntati satisfaciens quocumque modo possunt eum placere, ut redeat. Huic consilio Poloni consensientes inter imperatorem et eos eum mediatorem pro bono pacis fieri exposcunt. Dux itaque medium se inter eos conferens imperatorem pro eis, ut eis parcat iam subiectis,<sup>2</sup> rogat. Imperator autem consilio suorum principum eis re-

1) cons. aut presumpserant  
fol. 80', 127 yam  
Nicht auf Report  
2) cons. aut discalciatis P

spondet, quod pro tali audacia, quod domino suo imperatori se opponere presumpserent, talem ipsius satisfactionem faciant: dux eorum discalciatis pedibus nudum super se ferens gladium in conspectu domini imperatoris publice veniens se peccasse confiteatur, condignam penam suscepturus, et quod fratrem suum exilem recipiat vel quare eum de ducatu suo eiecerit, ad curiam conditam domini imperatoris ei respondeat. Dux Polonie tali necessitate cum suis astrictus hoc totum se facturum promittit et ad curiam imperatoris se venturum et fratri suo se responsurum.<sup>3</sup> Quid plura?

discalciatus P

Imperator in condita curia suis circumdatus principibus suo sedet pro tribunali, dux Polonie<sup>4</sup> cum suis discalciatis

2) cf. Terg. Ann. 6, 853: parcere subiectis et debellare superbos.

1) Die Bräutigamschaft ist sehr merkwürdig: Albrecht von Brandenburg war die Braut des Königs von Böhmen II., der Herzog von Bayern.

3) Friedrich der Große war als Kaiser von Preussen ein großer Goldgräber. Die Bräutigamschaft ist sehr merkwürdig nicht erfüllt worden.

4) Albrecht IV., König von Böhmen von Polen.